# IOANNES

SCHEVBELIVS BONARVM ARTIum magiſter, Ampliſſ. & ornatiſſ. uiris Doctoribus ac Magiſtris conſilij publici Academię Tubingenſis dominis ſuis colendis.

Meum conſilium, quod in hoc opuſculo edendo ſecutus fui, principio exponere uiſum eſt. Mirari enim aliquis poſsit, quę cauſſa me impulerit, ad tradendas eas res lingua quidem Latina, quas & ab alijs copioſe ac multipliciter, & quauis potius ꝙ latina oratione cõpræhenſas iampridem eſſe conſtaret. Nam diuerſarum gentium atqꝫ nationum ſermone compoſiti hoc tempore libelli plurimi circũferuntur, quę præcepta rationum conficiendarum atqꝫ computandi continent. Ego